Weimar HStA Handenbg 4, fol. 1v

cernimus. Sic in bonum oboedientiae et malum inoboedientiae. Itanunc adam intellegit quia ille non solum non fuerat factus qualis fieri uoluit. sed nec illud quod factus fuerat conseruauit. Accepit etiam tunica pellicia diuino iudicio quo nomine corporis mortalitas significatur. Historia. In allegoria autem carnalibus sensibus abstractis uoluptates q; carnaliter uiuentes diuina lege consequuntur et contegunt. quasi aliquando addam conuertentes. Possitque aliquando manum porrigere ad arborem uitae et uiuere in aeternum. Manus autem porrectio bene significat crucem et cruciatum paenitentiae per quam uita aeterna recuperatur.

DE FLECTIONE EORUM DE PARADISO ET DE FLAMMEA FRAMEA UERSATILE.

Emisit eum dns ds de paradiso uoluptatis ut operaretur terram de qua sumptus erat. Eiecitque adam et conlocauit ante paradisum uoluptatis cherubim et flammeum gladium atq; uersatilem ad custodiendam uiam ligni uitae. Ideo autem iste gladius positus est ut homo non introiret in paradisum nec comederet de ligno uitae ne forte immortalis permansisset et esset in reparabilis sicut daemones qui non possunt reparari. Et propter uersatilis flammea posita fuit ut cum tempus misericordiae aduentum saluatoris nri aduenerit. potuisset iterum remoueri. quia omnes iusti et electi ante aduentum ipsius claustra inferni penetrauerunt.

et ubi ego sum illuc et minister meus erit.

DE FLAMMEA FRAMEA SEMITAE REDEUNTIS.

Per flammeam framea. id est per temporales tribulationes peccata sua agnoscendo et gemendo. Et per cherubim id est per plenitudinem scientiae quod est caritas peruenit ad arborem uitae xpm et uiuit in aeternum. Cherubim namque plenitudo scientiae interpretatur. Framea uero uersatilis posita ad custodiendam uiam ligni uitae. temporales poenae intelleguntur. Nemo enim potest peruenire ad arborem uitae nisi prius diuersas tolerantias uidelicet molestiarum et plenitudinem scientiae. id est per caritatem dei et proximi. Plenitudo enim legis caritas est quae et matutinum quam sancti dei uestigia imitantes tota uirtute in se alius adimplere conantur hanc sectemur caritatem et exoperibus exercere studeamus ut ad arborem uitae pungere ualeamus quod est xpm et de fructu eius dulce et suaue refecti ac saturati in aeternum cum ipso et sancti suis sine defectu gaudere mereamur. amen.

EXAMERON BEDAE DILECTISSIMO AC REUERENTISSIMO ANTISTITI ACCA HUMILLIMUS FAMULORUM XPI BEDA SALUTEM.

De principio libri geneseos in quo mundi huius creatio describitur est multa multi dixere multa posteris ingeniosa monumenta reliquere sed pro cuique quantum nra pusillitas edisserere potuit. basilius cesariensis que eustachius interpretatus est greco fecit ecclesiastico. Ambrosius mediolanensis. Agustinus hipponensis